



**Miracula Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,  
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac  
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de  
Liesse dictam effulsere**

**Caout, Walrand**

**Coloniae Agrippinae, 1607**

Mulier miserè membris contorta sibi integrè magno miraculo restituitur,  
fusa ad beatam virginem pia oratione coram sacra eius imagine.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

in Dominicum. Prout omnia magis confirmata videre est per bullas dicti illustrissimi Archiepiscopi, quarum exemplar in ædicula palam conspicitur. Dicitur autem Antonius contraxit postea matrimonium in Ciuitate Cheruiensi, & reliquit vxorem viduam, nec non & proles, quæ adhuc sunt superstites.

*Mulier MISERE MEMBRIS CON-*

*sorta sibi integrè magno miraculo restituitur.*

*susa ad beatam virginem pia oratio-*

*ne coram sacra eius ima-*

*gine.*

CAP. XXV.

**E**odem anno vigesimo sexto Iulij, Anna Morema Andreæ Athenensis filia pedibus incortis, & in tibias refugis, incedebat: Cui & digiti in se reflexi erant: mox vt oratione ad Diuam Virginem directam ante ipsius imaginem finiuit, sibi ipsi restituta est, & in pristinam fortitudinem, rectitudinem & soliditatem redacta. Hoc etiam insigne miraculum per prædictum illustrissimum Archiepiscopum eodem die & anno quo præcedens, post informationem iuridicam & sufficientem, authenticè publicatum promulgatumque fuit.